

Deus in loco sancto suo : * Deus, qui inhabitare facit unus moris in domo :

Qui educit vinctos in fortitudine, * similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in conspectu populi tui, * cum pertransires in deserto :

Terra mota est, etenim caeli distillaverunt a facie Dei Sinai, * a facie Dei Israel.

Pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuae : * et infirmata est, tu vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea : * parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum evangelizantibus, * virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti : * et speciei domus dividere spolia.

Si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae, * et posteriora dorsi ejus in pallore auri.

Dum discernit caelestis reges super eam, nive dealbuntur in Selmon : * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis : * ut quid suspicamini montes coagulatos ?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : * etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem millibus multiplex, millia laetantium : * Dominus in eis in Sina in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captivitatem * accepisti dona in hominibus :

Etenim non credentes, * inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie : * prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus salvos faciendi : * et Domini Domini exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum : * verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit Dominus : Ex Basan convertam, * convertam in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in sanguine : * lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.

Viderunt ingressus tuos Deus, * ingressus Dei mei, Regis mei qui est in sancto.

Pravenérunt principes conjuncti psallentibus, * in medio juvenularum tympanistriarum.

In ecclesiis benedicite Deo Domino, * de fontibus Israel.

Ibi Benjamin adolescentulus, * in mentis excessu.

Principes Juda, duces eorum : * principes Zabulon, principes Nephtali.

Manda Deus virtuti tuae : * confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Jerusalem, * tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum : * ut excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quae bella volunt : venient legati ex Aegypto : * Aethiopia praveniet manus ejus Deo.

Regna terrae, cantate Deo : * psallite Domino :

Psallite Deo, qui ascendit super coelum caeli, * ad Orientem.

Ecce dabit voci suae vocem virtutis, date gloriam Deo super Israel, * magnificentia ejus, et virtus ejus in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem, et fortitudinem plebi suae, * benedictus Deus.

Glória Patri. Sicut erat, etc.

INDEX SEGUNDÆ PARTIS.

D E Benedictione, et impositione primarii lapidis pro Ecclesia ædificanda.	4
De Benedictione Salis.	2
De Benedictione Aquæ.	3
De Ecclesiæ Dedicatione seu Consecratione.	19
De Benedictione Aquæ cum Sale, cineribus, et vino.	39
De Altaris Consecratione.	46
De Benedictione Cæmenti.	66
De allocutione Episcopi ad fundatores Ecclesiæ super debita donatione Ecclesiæ.	74
De Benedictione Incensi.	88
De Benedictione tobalearum, vasorum, et ornamentorum Ecclesiæ, et Altaris consecratorum.	119
De Altaris Consecratione, quæ fit sine Ecclesiæ Dedicatione.	127
De Altaris Consecratione, cujus sepulchrum Reliquiarum est in medio summitatis stipitis.	166
De Altaris portatilis consecratione.	169
De Benedictione Cæmeterii.	184
De Reconciliatione Ecclesiæ, et Cæmeterii.	204
De Reconciliatione Cæmeterii, sine Ecclesiæ reconciliatione.	220
De Consecratione Patenæ, et Calicis.	223
De Benedictione sacerdotalium Indumentorum in genere.	226
Specialis Benedictio cujuslibet indumenti.	228
De Benedictione Mapparum, seu linteaminum sacri Altaris.	ibid.
De Benedictione Corporalium.	229
De Benedictione novæ Crucis.	231
De Benedictione Crucis pectoralis.	237
De Benedictione Imaginis B. Mariæ Virginis.	ibid.
De Benedictione Imaginum aliorum Sanctorum.	241
De Benedictione sacrorum vasorum, et aliorum ornamentorum in genere.	244
De Benedictione Tabernaculi, seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conservanda.	245
De Benedictione Capsarum pro Reliquiis, et aliis Sanctuariis includendis.	246

De Benedictione Signi, vel Campanæ.	249
De Benedictione, et impositione crucis proficiscentibus in subsidium, et defensionem Fidei christianæ, seu recuperationem Terræ sanctæ.	264
De Benedictione Armorum.	267
De Benedictione Ensis.	268
De Benedictione, et traditione Vexilli bellici.	269
Septem Psalmi pœnitentiales.	272
Litaniæ.	279
Psalmus 67. Exurgat Deus.	283

